... sis verem meliris tum et genere cognomine obtento ... te Manibus Nobilis Stephani Zarzecky fratris eius germani ... sufficienti satisfactione quietat et liberum facit ... integrum ac quesitum et perlucra in personam praefati Nobilis Stephani ... alienavit et totaliter transfert et transfundit.

G. Bledowski et Jankowski Intercisae Roborat

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransen. personaliter comparentes Generosus Martinus Bledowski ab una Et Generosus Jacobus Ignatius Jankowski partibus ex alia sani mente et corpore existentes palam ac libere recognoverunt et quilibet eorum suo interesse recognovit. Quia ipsi intercisam certam inter se in re certarum rerum et conditionum de data in Pelkowa die Secunda Januarii anni praesentis confectam Manibus suis et certorum amicorum subscriptis ac Vadio centum florenorum Polon. firmatam in Omnibus eiusdem Intercisae punctis clausulis articulis et conditionibus approbant confirmant et ratificant Itaque Omnia in praefata Intercisa expressata eidem ipsi recognoscentes tam in toto quam in quavis minima parte tenere complere exequi et inviolabiliter observare se de Omnibus bonis cum successoribus suis submittunt ac inscribunt sub Vadio Centum florenorum Polon. in casu alicuius conditionis per partem aliquam non expletionis adsolvendum irremissibiliter succumbendo Et coram officio praesenti in primo citationis Termino peremptorio responsuri Omnibus in Universum iuris remediis et defensis Legalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores Ibidem abscribendo et abrenunciando.

G. Jankowski Celsio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransen. ... comparens Generosus Martinus Bledowski suo et Generosorum Gasparis Joannis fratrum suorum germanorum Nomine a quibus de rato et grato in forma iuris plenissima cavet Sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia Generoso Jacobo Ignatio Jankowski et eius legitimis ... de Inscriptione reformatoria per olim Nobilem Albertum Nieczirowski Nobili Barbarae filiae olim Nobilis Pauli Bledowski amitae eorum super summam Quadraginta Sexagenarum Polon. dotis cum superadditione coram Actis Castren. praefatis ... in Anno Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Tertio facta ac sibi se recognoscentibus Confratribus suis Ibidem post amitam suam de hac luce decessam iure Naturalis successionis legitime spectan.